

Deliciæ æstatis, dum vir
excellentissimus atq[ue]
amplissimus dn. m.
Petrus...

Rogbergius, Johannes Israëlis,

1 Ic 1690 Hahn, Petrus



National Library
of Sweden

DELICIAE ÆSTATIS,

Dam
VIR
EXCELLENTISSIMUS atq; AMPLISSIMUS

DN. M. PETRUS
H A H N,

In illustri Academia Aboënsi
Physices Professor Ordinarius, Consistorii ejus-
dem Adseffor gravissimus.

Secundum unanimum Senatus Academici consensum,
in Templo Cathedrali, Anno reparatæ
salutis M. DC. XC.

die 26. Junii,
RECTOR MAGNIFICUS
crearetur.

descriptæ *lato animo, licet cura subitanea, Discipulorum*
clientum obsequiosissimorum.





Umine sol croceo cœlo spatatur in alto,
Omnes jam mœstas dispulit ac tenebras;
Gleba gerit pinguis culmum cerealibus uvis,
En! Æstas fulget puniceâ facie;
Sirenesq; cœnt modulamina voce sonante,
Applausum resonant atria celsa Poli.

Ritè Poëta canit quod spicea serua ferebant
Æstivi radii, Nectare cuncta fovent.
Æstus lætitiæ surgit splendore coruscans,
Ipsa Minerva placens ridet amœna suis,
Ursa sub nitidâ, qui sacrant tempora Musis;
Præfectos Pindo præmia digna manent,
Queis roseis splendet pietas | virtutibus alma,
Ceusq; comis comptis & labor assiduus.
Hinc celebris famâ PETRUS HAHN Professor ad Aurâ,
Palladii hoc captat splendida scepra die.
Lucifer, Ecce tibi rident viridantia prata,
Magnificum nostrum, læta cohors Sophiæ
Omne suscipiunt pronò, pia fata uoventes
Fascibus impositis, auspiciis niveis.
Pallas Athenarum vigeat vel divite fructu,
Hocce anno felix, sub duce Magnifico.
Gloria Magnifici vireat comitante caterva;
Quò Patriæ nomen vertice crescat ovans!
Emeritum terris, æquantem Nestoris ævum,
Cœlica tunc capiant gaudia perpetuò !!!
*Quod intimis suspiriis Perquam Magnifici Dn. Rectoris
devotissimus cultor precatur.*
JOH: ROGBERGIUS, Reg. Stip.

Quis hæc festa dies, quis hæc spectacula tanta
Surgunt auspiciis? quidq; hæc nova gaudia signant?
Quid sibi Turba velit subito excita sedibus almis?
Evocat & Musas alto de vertice Pindi,



Ut videant oculis dubio sine reu peramœnam,
En prodit celebris Doctorum Turba Virorum,
Tecta Lycei intrans Pubes venit omine dextro.
Rectoris munus, fasces & sceptrâ capescit
Ritibus En amplis Præcellens arte Professor.
Plausibus hunc multis laudant Academica Tempe;
Magnificos simul magnos gratantur honores.
Salve igitur Celebris, salve sic Rector ad Auram!
Tu valeas semper, valeas Tu nostra voluptas!
Heic Pylios menses vivas! Tibi mitia fata
Crescant! & tandem radiet Tua fama perennis!

ANDR: P. 253.

Glucere dulcisono, roseum jam spargite carmen,
Pieridum svadæ resonet tuba júbila læta,
Fundat Nectareos vertus viridisq; juventa
Phœbus, Apollo, Themis, Charites pia Triga sororum;
Et rutilis cingant sua fertis tempora culta,
Clarus in orbe sophûm capit HAHN. Academica sceptrâ
Lux nova chara suis, remicans adamantina gemma,
PALLADIS alma manus caruit non munere laudis.
Phosphorus affulget gratus ceu aurora camœnis.
NOMINE MAGNIFICUS, confert decus amplum & honores,
RECTOR næ Musis; splendens relevamine Titan;
Florida tu pubes, florens junioribus annis,
Hymnos redde Deo, tu carmina digna referto;
Cœlitus Alcritonans concessit Juppiter almum
Lumen, turamen, culmen, pietatis amœnum,
Svave decus, pariterq; apicem, virtutis ocellum;
Ergo pias voces vos mittite, plaudite palmis,
Volvite cordicitus pia vota, gemiscite ab imo,
MAGNIFICUM, Dominus, benedicat rore salutis!!
Filaque cum Lachesis, jam solverat, æthera scandat!!
Gemma Excipiens fulgentes, roscida mella!!!

JOHANNES TORPANDER, Reg. Alumn.



Romanis veteribus fuit mos laudibus condignis haud
defraudandus, quod viri de patria bene meriti & for-
titudinem suam in pugnis aliisque ludis institutis osten-
dentes, corollis ex ramis arborum confectis donarentur;
Adfuit insuper vulgus flores spargens, & unanimes ore, pro illorum
salute pia vota fundens eadem reportarunt illi honorem, talia tu-
lerunt premia ob peractas molestias & exanthlatos labores; con-
similis etiam mos a nobis receptus hodie viget ubi praceptoribus
nostris magnorum officiorum subitaris munera gratulamur, pre-
sertim cum per divinam providentiam & patrum Academicorum
applausum ad gubernacula Academica aliquem collocari contingit.
Tum plerique non verborum Meandris, sed obsequioso vultu, pecto-
reque devoto, illis obviam eunt, felicia fata & fascium auspicia vo-
ventes prospera. Hunc morem ego hac occasione amplector atque
exoptulo, dum felici auspicio Rector noster Magnus, stu-
diose pubis tutela atque defensor summos hos hodie honores capessit,
nonne merito letemur, nonne exultemus letitiamque meam ipsis etiam
gestibus annon exprimam. Ut sol augustissimum illud sidus mundi-
oculus, terram inque ea herbas hyemis frigore pressas et iam plane
ejus vi succumbentes, jucundissimis suis radiis refocillat,
recreat; ita etiam ortus tuus, Magnifice Dn. Rector, cordis no-
stris variis dolorum nubibus obfuscatis, letitiam adfert, anxietatem
dissipat, pristinamque ita renouat letitiam, ut pectora tota inundet.
Letemur enim videntes virum de re literaria optime merentem, su-
pra summa, Parnassi culmina jam evectam, tanto honore dignissi-
mum. Heu bene sese res nostra habent, dum veri vicem obtinet à
veteribus istud in delicias habitum: Quod egregie patrie columna
& splendida phœbi lamina condigna suis meritis reportant brabea;
Conscende ergo felicibus avibus illud dignitatis subsellium Magnifice
Dn. Recti; inde ut felix sit ingressus, progressus felicior, felicissimus egres-
sus. Hec summa votorum meorum erit: De Cetero, rogo, velit Deus
Ter. Opt. Max. producere vitam Magnificentiæ vestre in annos Nesto-
reos; in Dei gloriam Patriæ ornamentum, nostrum omnium incremen-
tum! quò in voto manet

JACOBUS Etelund.